

# PROTESTATIO

*Ex parte MM. DD. Dignitariorum Officialium, Terrigenarum & Incolarum Inclytæ Terræ Leopoliensis contra Religiosos Patres Societatis Jesu Collegii Leopoliensis de nullitate & insubsistentia Introductæ prætensæ Academiæ. Annô 1760.*

*Actum in Castro Inferiori Leopoliensi Feriâ secundâ post Dominicam  
Judica Quadragesimalem proximâ Annô Domini Millejmo  
Septingentesimo Sexagesimo.*

P-18-2-532  
40-1084

**C**oram Magnifico EDMUNDO CHOYNACKI, Venæ  
oræ Districtus Zydaczoviensis, in Locum Magnificorum  
DOMINICI LAURENTII à Błazow BŁAZOWSKI,  
Tribuni Terræ & Vice-Capitanei, STEPHANI de Hordynia  
HORDYNSKI Ensisferi Palatinatus Kijovæ, Notarii, Utrorumq;  
loci præsentis Officialium, assumpto Subdelegato, munitq; Sub-  
delegationis suæ, in se liberè assumente, personaliter compa-  
rentes, lidē Magnifici Officiales Castrenses loci præsentis atq;e  
Magnifici & Generosi BENEDICTUS JGNATIUS BŁAZO-  
WSKI Pocillator Districtus Zydaczoviensis, CONSTANTI-  
NUS PAPARA Dapifier Terræ Dobrzynensis, DOMINICUS  
ZBYKALSKI Subdarfer Terræ Novogrodensis, JOSEPHUS  
ANTONIUS BŁAZOWSKI Thesaurarius Bilsensis, MICHA-  
EL THADEUS de Hordynia HORDYNSKI Venator Lati-  
czoviensis, Vices G'rens loci præsentis, FRANCISCUS SKO-  
RUPKA, PADLEWSKI Ensisferides Terræ Leopoliensis, MAR-  
TINUS STANISLAUS KOSTKA BAKOWSKI Regens Ca-  
strensis



strensis Trebovlenfis, GREGORIUS ONUPHRIUS de Sroki  
SROKOWSKI, JACOBUS JGNATIUS MODRZEWSKI, CA-  
SIMIRUS FRANCISCUS Regis de Levie LEWICKI, FRAN-  
CISCUS SUDLINSKI ANTONIUS DOBRUCKI, Subde-  
legati loci præsentis Jurati, THEODORUS STEPHANUS &  
PAULUS de Czaykovicæ CZAYKOWSCY, ANDREAS KRO-  
PIWNICKI, GASPAR de Borzymy BORZYM, PETRUS  
BLAZOWSKI, THEODORUS MATKOWSKI, CON-  
STANTINUS de Czapicæ POHORECKI, LUDOVICUS  
KOSOWSKI Thesaurarides Terræ Drohicenfis, JGNATIUS  
SUDLENSKI & FELIX BRZOSOWSKI Dignitarii Officiales,  
Terrigenæ & Incolæ Inelytæ Terræ Leopoliensis, nonnulli à  
prima Notitia Solenniter & quidem Officium Coram Eodem  
Magnifico Subdelegato, alii vero Coram Officio præfenti &  
ejus Actis, suo & aliorum Magnificorum ac Generosorum Di-  
gnitariorum Officialium Terrigenarum & Incolarum Terræ  
præfentis Nomine præcavendo omni modæ integritati legum  
Patritiarum avertendôq; injuriosos ex infra scriptis rationi-  
bus Reipublicæ eventus, non ex ullo privato sed Publico in-  
teresse tam primitivas Manifestationes Annorû Millefimi Sex-  
centefimi Sexagesimi primi, & Millefimi Sexcentefimi Sex-  
agesimi Secundi, per Nuntios Palatinatus Cracoviæ, & ex Terra  
Halicienfis Vicina in Palatinatu Ruffiæ exiftenti, associata ad  
Conventum Generalem Regni Deputatos, nec non Dignitari-  
os Ejuſdem Palatinatûs Cracovienfis, principis obftando  
factas, reſſumendo, quam præfentaneas per Illuſtres Magni-  
ficos Senatores Dignitarios Terrarû variarû ad acta Authentica  
Regni ſui Territorii illatas corroborando & ratiſicando, ac  
Unanimem aſſenſum ſui cum Ejuſdem Maniſtationibus jun-  
gendo Interpretationemq; Conſtitutionum Regni ſui everſionem  
earundem ac Sancita Reipublicæ Salvando. In & Con-  
tra Religioſos in Chriſto Patres Societatis Jeſu Collegii Le-  
opolienfis Maniſtantur & proteſtantur de & ſuper Eo. Quia  
juidem Religioſi Patres Societatis Jeſu quamvis peroptime  
ſciverint ſolam nonniſi almam Academiam Cracoviſem per  
Sere;

Serenissimos CASIMIRUM Magnum, VLADISLAUM JA  
 GELLONEM, Reges Poloniæ, pro primo hocce in Regno,  
 Deinde Filiam Ejus Itidem Almam Academiam Zamoscensem  
 per Serenissimum olim MICHAELEM primum, Regem Polo-  
 niæ, ad petita olim Illustris Magnifici JOANNIS ZAMOYSKI  
 Supremi Cancellarii, & Exercituum Regni Ducis, Viri sæculis  
 expectandi, Conditoris Ordinationis Zamoscensis præmiando  
 Ejus in Republica merita cum assensu omnium Ordinum in-  
 stitutam, taliterq; utraq; Cracoviensem Matrē & Zamoscensem  
 Unicam Filiam Constitutionibus Regni, & signanter Annorum  
 Millesimi, Quingentesimi, Trigesimali, Quinti, Millesimi sexcen-  
 tesimi, Septuagesimi, Septimi, & Millesimi Sexcentesimali Octua-  
 gesimi Quinti Munitas, Conservatas, & pro perpetuis solas  
 ipsas declaratas. juribus, & prærogativis dotatas esse, nullamq;  
 amplius fundendam & erigendam sine Consensu Trinorum  
 Ordinum Academiam, Rempublicam spondidisse, & Consti-  
 tutionibus Regni ac Diplomatum Serenissimarum Regum  
 Poloniæ id præscripsisse, & eousq; suum in præmissis Arbitriū  
 & unanimum assensum manutenuisse. Modernos vero Reli-  
 giosos Patres Societatis Jesu Collegii Leopoliensis, licet in-  
 tuitu Erætonis similis Academiæ à tot Annis Rempublicam  
 tentasse, nec tamen præmissa lucratos esse solummodo ad mala  
 narrata Privilegium quoddam à Serenissimo Divæ Memoriz  
 JOANNE CASIMIRO Rege Poloniarum Subreptitè pro-  
 curasse, tandem in subsequens id Privilegium loco approba-  
 tionis reprobatum & pro reponibili declaratum, ac Mani-  
 festationibus & Protestationibus, supra scriptis pro nullo re-  
 putatum extitisse, ad extremum Confirmatione à Sancta Sede  
 Apostolica, videlicet Sanctissimo Domino ALEXANDRO  
 Septimo destitutum & de pleno mortificatum ac exoletum,  
 & ad præsens diturnitate Sæculorum obliteratum esse. At-  
 tamen iidem Religiosi Patres Societatis Jesu, reassumpto su-  
 pra præfato Privilegio iam reprobato & confirmatione de-  
 stituto, robore dicti Privilegi rejecti & destituti, Titulum no-  
 væ Academiæ in Collegio suo Leopoliensi cum Laureis Do-

Statutis, cum ingenti iactura Almae Academiae Cracoviensis, & ejus Filiae Zamoscensis, quibus solis & Unicis concessum à Serenissimis Regibus Poloniae seu alias Trinis Ordinibus, ut omnibus Scientiis, Laureatis Doctoribus, cunctisque Prærogativis floreat, nulliter & indebitè sibi usurpare. Præteream itaque eandem Academiam in nullo fundamento privatè sine scitu & noticia totius Reipublicae, sine scitu Terræ præsentium Dignitariorum, Terrigenarum, & Incolarum, Anno nuper præterito Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Nono, in Adventu, sub actuali pro tempore Celebratione Judiciorum, Terminorum, Querelarum, Congressuque Variorum Dignitariorum & Terrigenarum non notificato etiam Officio Castrensi Capitaneali Leopoliensi brachio Capitaneali & per consequens Regio, de præfata introductione, clã introducere & aperire pro stabilitamentoque totius dictae supra scriptae nomine nec autem re privatae Academiae suae Lauream Doctoralem Perillustri Reverendo NASSADYNI Canonico Chetmensi conferre & his gradibus procedendo subdolè talem Academiam in nullo fundamento velle legitimare, quærendoque omnes modos, & media, hanc suam Academiam sublato fundamento sine Consensu Trinorum Ordinum stare non valentem, fulcire & municeonari, pro Corroboratione Eiusdem à nonnullis Personis Interessatis favore sui subscriptiones quasdam sub tempus Contractuum hic Leopoli post Festum Sanctorum Trium Regum agitantium, in Residentiis privatè ad id assensum præbendo (ut notum est) ac si esset Introductio cum scitu omnium Dignitariorum & Terrigenarum, procurare: per idque privatam suam opus, velle talibus modis stabilire, & sancita totius Reipublicae evertere, & ita procedendo Leges & Constitutiones Regni, nec non Privilegia Serenissimorum Regum Poloniae, præfatis Academiis Cracoviensi & Zamoscensi benigniter Collata suppressere, nec non Diplomati certo à Serenissimo olim Divae Memoriae Augusto Secundo Die Trigesima prima Maii Millesimo, Septingentesimo sexto Anno dato de tenore qui sequitur tali.

AUGUSTUS *Secundus* DEI gratia REX

*Polonia*

Polonia &c. Universis & Singulis &c. Nos insistendo zelo Divorum Prae-  
decessorum Nostrorum, ac signanter Serenissimi olim JOANNIS Tertii  
qui exercitium facultatis Anathomicae eiusdem Honorato Thoma  
Buelni per memoratos Religiosos Societatis Iesu in Comitibus Regni Mil-  
lesimo, Sexcentesimo, Octuagesimo, Octavo, facultatem Eandem Autho-  
ritate publica erigi Supplices conducto, vetuit & prohibuit petiti-  
onibus ejusmodi sese opposuit, amovendosque quascunq; in posterum conten-  
tionum & rixarum Occasionem faciendum esse duximus, ut tam in  
dista Civitate nostra Leopoliensi, quam & in aliis locis Erectionem Phy-  
sicae & Anathomiae per dictos Religiosos & quemlibet alium instauran-  
dam prohiberemus, & interdiceremus, veluti hoc nostro Diplomate in-  
terdicimus, & prohibemus, perpetuo & in aevum, controversiasq; hac in  
parte per Antecessores nostros, & Rempublicam assopitas, nullatenus in-  
novare volumus quinimo, interdicitur. Insuper in harendo Submis-  
sioni eorundem Religiosorum Societatis Iesu Transactionibus, cum Ma-  
gistratu Leopoliensi in Anno Millesimo, Sexcentesimo, Quadragesimo,  
Septimo, per Religiosum Rectorem eorum, circa Receptionem eorum  
in Civitatem, ista, qua se obstrinxerunt, non amplius fundorum in  
Civitate in posterum praeferre. Prospiciendosque Legibus Regni ne fun-  
di area, Domus, Lapidaria, Horti, uno verbo; Bona immobilia & solistan-  
tia alias Patrimonium Reipublicae minuantur, vires Eiusdem enerventur,  
& quovis sub praetextu bona tam Civilia quam Terrestria ab-  
alienentur, Contributiones diminuantur, declarandum esse duximus,  
declaramusq; per praesentes, nullam amplius licentiam & facultatem  
Religiosis Societatis Iesu acquirendorum Fundorum, & arearum in eadem  
Civitate Leopoliensi, quinimo si concessam in praemissis facultatem ex Can-  
cellaria nostra ad sinistram Eiusdem informationem obtinuerunt, eandem  
tanquam illicitam, & invalidam Legibus Regni contrariam, Iuribus Uni-  
versitatis Cracoviensis praevicinosam esse declaramus, eandemq; revoca-  
mus & nullius roboris esse declaramus. Quod ad notitiam, quorum interest  
praesertim verò Dignitatorum, Officialium, totiusq; Ordinis Equestris Pa-  
latinatuum Russia, Volhynia, & aliorum Omnium nec non Generosi Capi-  
tanei Nostri Leopoliensis, nunc & pro tempore existentis, atque Magistra-  
tus Iudicis Advocatialis, & Scabinalis ordinumq; Civitatis Leopoliensis  
deducendo mandamus, & praecipimus, ne praesentibus nostris ullo modo  
contra-

contraveniant &c.) In coemendis lapideis cum præjudicio Civitatis, & cretione Convictus in summum præjudicium Nobilitatis Polonæ procedendo contravenire ausi sunt, temerèq; & privatè præsumperunt. Ratione quorum omnium moderni Manifestantes suis & quibus supra nominibus, tam ratione per eisdem Religiosos Manifestatos, ut liquet ex contextu Cujusdam libelculi sub Titulo *Oświadczenie Akademii Jezuitckiej Lwowskiy &c.* Sub ignoto Nomine studio eorundem Manifestatorum in lucem editi liberam acquisitionem Titulo hæreditatis tam Bonorum Terrestrium quàm fundorum, & lapidearum Civitatis more Academiæ Cracoviensis sibi velle usurpationis, in eodemq; libelculo omnium manifestationum per tot & tantas Dignissimas Personas, etiam per tot Nuntios ad Comitua Generalia, adeoq; per Conditores Legum melius de Patria & bonis suis (quam Religiosi Jesuitz) sentientes, in Fundamento Constitutionum Regni, obviando publicæ injuriæ contra eisdem Manifestatos factarum, vilipensionis, imo in contemptum earundem Personarum, & vilipendium Manifestationum factarum, ac pro re earundem Academiarum faciendarum in Eodem libelculo de Tenore tali Puncti ingrossationis Author. *Ja przysięgnę za nich aliás Oycom Jezuitow, że choeby Ichmość Akademicy wszystkie Grody Konyfistorze napelnili swoemi Manifestami, dla tych Oycomie Jezuitci zapenne nie zámkną raz otwartey Akademii &c.* Peridquè omnino Rempublicam pro velle suo, non pro velle legum stimulare conationis, allusque millenis ex rationibus ibi, ubi Congregantur Consilia & remedia Reipublicæ inferendis reassumendo easdem omnes tam antecedaneas, quam præsentaneas Manifestationes præfatæ Almæ Academiæ Cracoviensis & Filiz Ejus Zamotcensis in Fundamento legis militantes de invaliditate vero mentionatæ Eiusdem privatæ sine scitu quorum intererat, introductæ Academiæ Cardinalem rationem quærendi Titulo hæreditario Bona Terrestria Fundos & Lapidneas, Civitatis habentes, & solummodo in Fundamento Ejudem Prævillegii olim Serenissimi Divæ Memoriæ JOANNIS CASIMI-

SIMIRI Regis Poloniarum in post per Trinos Ordines re-  
jecti, reprobatu & destituti, stabilitæ. Per idque nullatenus  
stare valenti hanc solennem actis præsentibus deferunt  
Manifestationem & Protestationem.

(L. S.)

Ex actis Castrensibus Capitaneal:  
Leopoliens: Extraditt:  
Correxit Wierzeyski,



Left: per Gornicki.

(22)

Wydruk z drukarni  
w Warszawie  
w roku 1840

KSIĘGOZBIÓR  
MARCINA ZAMOYSKIEGO

4540 -KZ  
4553-KZ